



obligati ad obstagium. et moniti, comparuerint vnquam ipsi, et non semper Vasallos miserint. Ego crediderim, eos ipsos comparuisse, quotiescunque in pacto obstagiali ita erat definitum vt ipsi venire deberent, non suo loco mittere alios possent. Nam

- 1) pacta subsignata, et testibus roborata, sancte seruabantur, nec immutari vlllo modo poterant.
- 2) liberum illis erat, vtro modo se obligare vellent. Si ergo noluisseut ipsi venire, potuissent in ipso statim pacto eos nominare, per quos obstagium praestare vellent.
- 2) Clerici, sicut ex Cap. 9. X. de iureiur. videre est. conf. POTGIESER §. 9. p. 301.
- 3) Nobiles inferiores, quorum plurima legi possunt exempla. Hi in Lusatia superiori plerumque in creditorum securitatem de foro priuilegiato concedebant, cum alioquin tantum Promarchio vel Pares Curiae possent illis ius dicere, obligabantque se, vt vellent a iudice et Scabinis secundum Ius Magdeburgicum iudicari. Id dicebatur, *se dare ad Ius Ciuitatis*. Ita legitur in Libr. Resignat. Ampl. Senat. Gorlicensis.

a) 1400. Iudic. post Corp. Xsti.

Otto de Nostitz & Reyseger XX. mr term. Mich. circa omnia bona sua indilate tanquam peract. et dedit se ad Ius Ciuitatis. fideiussores Hans Czirnhuse et Hans de Nosticz.

1405. Otto von Nosticz de Vtrichsdorff persoluit Pet. Reysege XX. mr. totaliter, und hot seyne gebower ledig geloffen, dy davor gelobit hatten.

b) Eod.

Henrich von Pawilsdorff & Hans von Hayn XXX mrk. indilate Term. Mich. circa omnia bona sua et dat se ad Ius ciuitatis si non soluerit infra eodem termino tunc debent omnia bona eius impignorari et ipsemet arrestari. et detineri sine omni iure. fideiussores sunt Ion miles. caet.

c) 1444,